



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. XLVI. ANNI 1676. 9. JUNII.

1676



ORDINARIÆ RELATIONES ANNI 1676. 9. JUNII.

Viennæ, 28. Maij.

Absolutis exequiis pro Augustiss. Imperatrice, & præsentibus Oratoribus ad alloquium admissis, Augustus Cæsar hinc Neodorpium rediit. Juniori Principi Neoburgico adornatur domus Comitis Trauns. Qui legationis Cæsareæ perfunctus munere non ita pridem & Moscovia rediit D. de Botroni, calidissimâ febrî & Generalis Sparr sub finem hebdomadis præteritæ deserunt vivis annumerari. Comiti de Hohenloh Cæsaris ararium numerabit viginti & octo aut triginta florenorum millia Episcopo Herbipolenti solvenda, qui vi federis iniiti & rati habiti tenetur quatuor pedum, unum equitum, unumque defalcatorum millia alere Cæsareo Exercitui, Comes vero in grati animi pignus excoletur sex Imperialium militibus Comes Linsky à Cæsare iustus est quam ceteri in p. officii Noviomagum.

Parisijs, 29. Maij.

Habitâ expugnatione Civitatis *Bouchain*, Rex hostile nihil machinatus est in Confederatos & quamvis sex Equitum & quinque pedum millia è Flantria in Germaniam destinaverit, nihilominus ejuisdem Exercitus (si credendum tam) valet etiamnum quinquaginta & septem Gallorum millibus: anhelamus rescire, quem habitura successum tertia Regis nostri in Belgas expeditio; postquam in S. Germani rediit, quâ triumphator invictissimus quam demississimè hic excipitur: nonnulli existimant, Regis reditam opinionem prorahendum diutius. Cætanum in portum piratica nostrâ victam traxerunt navem Hamburgensem dictam *Curtius*, oneratam sale. Gubernaculum Lotharingæ per mortem Marefcalli de Rochefort vacans collatum creditur Dno de Lorge. Princeps Condæus regens in *Chantilly* tandem ad castra iturus, latet. D. Colbertius splendide habuit Reginam præteritâ Veneris, quæ venerat generosam ejus domum spectatura. Ve gaudemus de anima *Archi-Thalasi* de Ruyter & corporis ergastulo nonâ currentis dimissa, ita tristamur de necè *Thalasi* nostri D. de Que-ne, Ducum d' Almeras, de *Valbelle*, *Damboncau*, plurimumque Officialium & epibatarum in novissima nauacelia cæforum. Loco D. Vitry malè habentis Marefcallus de Estrades Gubernator *Mosæ* Trajectinus ad pacis Tractatus *Noviomagum* est deputatus. P. S. Rex creditur subjugaturus *Alost*, urbem ulterioribus necessariam progressibus, magnis multisque muniendam propugnaculis: D. de *Islebonne* & D. de *Villeroy* in hostilibus castris cum Principe *Vaudemontio* & D. *Rheingravio* pranderunt, viderant Principem *Auriacum*, aliaque intercesserunt signa benevolentis, ut rumor multis loquatur de armistitio. Dua de *Brinwilliers* à septem novis convicta testibus laborat tertianâ: ejus causa nunc denuò periculosis ventilatur, cum capitis discrimine proximis dirimenda.

Ex Castris *Cæsareis*, 29. Maij, non procul à *VVeissenburgh*.

Exercitu nostro dies aliquot propè *Langenkandel* quiescente, in armis peditatum lustravimus, veteranosque præfidiarios robustos è *Lauterburgh*, *Langdary*, pluribusque locis asserimus, alijs; non nihil fatigatis movendis, subrogatis: heri castra promovimus, aucta in *Sebutiano* campo accessione novæ phalangis: hodiè per nemus *Hagenoense* tendimus in *Phissenboeren*, rescire desiderantes, quid novi referret

Generalis *Rabatta* cum mille & octingentis equitibus emissus. *Argentoratensibus* transitum negantibus phalangi Generalis *Schultz* morari tempus aliquod propè *VVilstat*, illa hodiè *Lauterburgi* trajiciet, nos secutura.

Ex *Alfeld*, 2. Junij.

Exercitus Gallicus secundum plurimum opinio-nem dicto fortior ipsâ Pentecoste sub moderamine Ducis de *Luxemburgh* *Selestadio* movit, vigesima sextâ lapsi *Moltzheimium* transitit *Tabernas* versus cum triginta & sex tormentis bellicis levioribus & plurimis alijs impedimentis: dicebatur Exercitus ille censere 5000. viros; sed vix censebit 15000. Intere à Exercitus Cæsareus, qui, relictis sufficientibus *cis-rhenano Philippopoleo* munimento præfidiarijs, *Rhenum* *Lauterburgi* trajecit sequentibus *Lotharingis*, sit Gallis obvius & vix tribus aut quatuor horis abest, ita ut nullum sit dubium, quin non brevi acerrimum prælium inaudiemus, de cujus successu non deero singulariora significare. Mirari facis non possumus facilem duarum Belgii Civitatum expugnationem, quibus è plagis audimus nihil, nisi quod referunt Galli, jactitantes, Principem *Auriacum* captum, ejus Exercitum prorsus profugatum, & Regem ob armorum inducias denuò quindecim virorum millia illinc huc destinare. Evestigid percipimus, Cæsareos invasisse *Sarbrucken* in *Lotharingia*, annonâ nervoque multo beatum, hæctenus sollicitè collecto per Ducem de *Rochefort* *Nanceji* defunctum. Ultimâ præteriti Dux de *Vandom veniens* è *Gallijs* cum legione equestris *Moltzheimium* transitit, & regius thesaurarius, satisfactus Exercitui, *Tabernas* inter & *Hagenoam* quiescenti, & invigilanti, in quæ molimina Cæsarei se immittent, immò undiquaque segetem atterenti, ut Cæsareos à progressibus absteineat penuria, quam ob rem indigentæ præsens fugâ capessent aut peribunt fame.

Argentorate, 2. Junij.

Miles *Lotharingicus* è *VVilstat* rediit *Lauterburgum*, tribus cohortibus sub imperio Ducis *Montal* missis ad *Generalem Schultz* explorandum Gallicorum molinimum ergò: nautis *Brisgaviz* dictus Generalis mandavit; navigia sua ad litus nostrum ducere, ex quibus videtur novus pons construendus hanc urbem inter & *Lauterburgum* ad faciliorem advectionem pabuli è *Franconia* & *Svevia*. Princeps de *Luxemburgh* vivit in *VVilden*, *Gengenheim* & *Hechfelden*, roborandus ubi quinque virorum millibus, videtur è *Brabantia* prætolari plures ad liberandam multis miseris *Philippopolim*, cui se operi adhuc dum censet imparem Exercitui suo octodecim ad minus Gallorum millia numerante. Penultimâ *Lunæ* turris *Norimbergica*, facta ducentis & quinquaginta pulveris nitrati centenarijs, duplicatis vasibus inclusi Exercitui Cæsareo, in auras & latera cutis multarum domuum eversione dissiliit, ignorantibus adhuc incolis, quò auctore injectus ignis. Cæsarei ruricolarum admuniculo nocturnis diurnisque laboribus occupatum *cis-rhenanum* munimentum reddunt indomitum augmentque magnis suggestibus, è quibus *Philippopolis* horrendo fulminum fragore verberabitur, contra Galli in nuperis stivis *Starrenbergicis* altos etiam suggestus erigunt, ad eò vicini Cæsareis, ut alter alterum sclopeto possit tangere.

Flambugo, 3. Junij.

Non confirmatur & munimentum *SchvVingerens* Narmatis Confederatorum matibus debellatum.

Orator Gallicus salutatus ante triduum à binis Magistratibus nostri Deputatis, excolebatur ordinariis donis, vino, zytho, carne & piscibus. Rigà cognovimus, rales ibidem omnes attineri ad militem annonamque Svecis subministrandam, quã instruat **Classis Svecica**, non ante Iulium se mari committura. **Dani Schonen** proximè adorientur: statutum fuit **Hafniae**, sententiam in Grammateum **Greiffensfeld**, fortè capitis, decimã septimã præteriti ferre: ejus dignitati **Administratores** **Hollatiae** **Comes Alefeld** à **Rege** est subrogatus. **Parthenopoli** denuò, ubi quondam mercatores nostri attentè, navigia attinentur, maximè testat, quæ ad avehendos manipulos sunt apta. **Itinerantes** **Buxtehudani** memorant se vidisse, aliquot tormenta **Harburgo** trans vetus monasterium trahi, pontemq; **Lunaburgicos** **fluvio Schvvinge** injicere: **Prædiali** **Stadensium** bis mille & quingenti dicuntur numerari nec adhuc laborare necessariis. **Berlino** cognovimus, ad diribitorium profectos esse **Generales & Duces Brandenburgicos**, secuturumque **Electorem** ipsum, cujus **Exercitus** **Stettinum** certè obsidebit. **VVolgastium** **Berlinenses** libentè referunt obsidione **Svecicã**, **Sralfesundani** contrã docent, à **Comite Koningsmarckio** suppetas, quas **Gen. Major Schvverin** **VVolgastanis** ferre conatus, repullas profligatasque propè **Sedom**, **Brandenburgicorum** trecentis trucidatis, & sexaginta captis, idèdque sperate enervatos, ut loquuntur, obfessos ad deditiõnem sui coactũ iri, alij denuò inquirunt, locutos se captivis **Svecis**, fatentibus, **Gubernatorem** **VVolgastanum** **D. Allert** audaci & generosã prorupione evertisse stativa **Svecicã**, è quibus invigilabant sibi **Svech**, eaque in remotiores campos promotã, se beasse sexcentis ovibus, ducentis & tribus bobus, quibuscum salvus ad arcem suam rediisset. **Sralfesundam** ad generosam constantemque sui defensionem continua **Svecorum** promissa de confirmandis privilegiis, levandis post hæc tempora oneribus, & mitrendis formidabilibus suppetiis conatur extimularè.

Antiverpiã, 5. Junij.

Aviditò, Gallorum phalangem & suarum virium roborandarum ergò, ad **Urbe** **Aelfst** ituram, **Principes** de **Villa Hermosa** & **Auriacus** illud impedituri, trigesima præteriti legiones aliquot desultorilas & octo turmas equestres sub auspiciis **D. Francisci Antonii de Argonitto** destinabant ad pontem **fluvii Dender** in conspectu hostis, occupandum prius, quam **Galli** prævenissent: eorum cohortes quatuor occurrerant, illustre nostratum constabat, sed irritò. **Exercitus Gallicus** moratur **Lesen** inter & **Ninoven** cui operi mavortias applicaturus man9, ignoramus. **Galli** **Insularum** è **pacis** **Brugensibus** bis mille facile pecora abegunt, in cuius vindictam **Hispanorum** octo millia **Vagata** **Picardiã** suburbio **Reye** & sexaginta pagis exitiales injecerunt ignes, redieruntque beata septies mille bobus: priorum sexcenti desultorii illis antevertere conati, triumpharunt scilicet suorum duntaxat decem aut duodecim fugã salvatis, ceteris cum **Duce** neci datis. **Levera** **Principis** **Vaudemontis** infirmitatem levavit vena soluta. **Ultima** **militis** **Galli** manus in **Germaniam** destinata, non à **Comite** **de Lorge** aut **D. Crequi** sed à **D. de la Cardonniere** ducitur.

Confluentia, 5. Junij.

Carolus Casparus Princeps noster, **Electo** & **Archi-Episcopus** **Trevirensis** præteritã **Luna** post multa rerum discrimina, quibus solum **Trevirensis** quassum, nihilominus immotum, quia nitèbatur petra, sub sextam matutinam desit ita vivere, ut post mortem ob constantiam præ fide & **Cæsare** **imperterritam** ad posteros ultè victurus: aromatibus conditum cadaver hodie ex **Aula** portabitur ad **RR. PP.** **Capuccinorum** **Ecclesiam** in **Ville**, ubi cum eadem extractum doloris castrum: ad **aram** **S. Antonii** de **Padua** manebit, ut spargitur, usque dum scetur.

Imprimet at PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.

duci possit **Treviros** ad **Metropolin** & sepulcra majorum. **Captum** & **cælum** **cervorum** **hinnulum** duo **rurlici** ex **Ludestorf**, putantes esse **lupum**, errore animadverso, hæc diebus, quibus obiit **Eminentissimus**, tulerunt in **Aulam**: re examinata, vident **hinnuli** caput esse planè **monstrorum** & **formam** **capitis** **muliebris** **nobilissimè** **adornati**, est enim **crispata** **cornu** **tæniis** **circumquaque** **pendulis** **vittatum**, & licet **cornutus** **palpetur**, non tamen **cornua** **prostant** **sed** **vittã** **aut** **ricã** **obducta**, nec **oculi** **clarè** **patent**, nisi **tæniis** **subductis** **nonnihil**: quid portendat, omnia **sciens** **Deus** **noverit**, **depingitur** **intere** à **pro** **memoria**.

Clivis, 5. Junij.

Dies **Martis** præteritã **apulus**, qui **mensis** **hujus** **fuit** **secundus**, **Cranenburgo**, nunc per **Medicum** **Orschottanum** **ibi** **contorantem** **celebri**, **fatalis** **fuit**: exortum enim sub octavam matutinam, quo nesciunt casu & incuria, incendium, quod, toto ferme die flammis pertinacibus serpens, structurarum ferè triginta, alij ajunt, quadraginta seu tertiam urbem parte, devoravit. **Die** **Mercurij** **extraordinario** & **universali** **precum** **die** **felicem** **armaturã** **progratium** **conatu** **sumus** à **superis** **Serenissimo** **nostro** **impetrare**. **Miles** **nostr** & **Lunaburgicus**, qui **Vestam** **Richlinghusanam** **facile** **excidit**, **Rheno** **transito**, **Mosã** **appropinquat**, **iturus** **ad** **Hispano-Hollandos**. **Dortenses** **meonium** **rupturas** à **nostris** **inflicitas** **gnaviter** **restaurant**: debent **latamo** **seu** **murario** **Vetaliensis**, quod non totaliter muris fuerint exuti, is enim **Catholicus** **persuasit** **Officialibus** **bellicis**, **sulficere**, **hinc** & **inde** **illos** **tolli**, **quarè** **nunc** **restaurabuntur** **facilissimè**: de **ferendis** **hinc** **Trajectum** **tributis** **nihil** **habemus** **certi**, **dicitur** **conventum** **de** **dandis** **125000**. **Imperialibus**, **sed** **maturè** **nimis** **nobis** **indicabitur** **certitudo**.

Ex Traectu Mosã, 6. Junij.

Rex **Christianissimus**, ne **pacis** **negotium** **diutius** **protrahatur**, **laborante** **D. Virij** & **ad** **Iter** **Noviomagense** **inepto**, **Gubernatorem** **Trajectinum** **D. de Estrades** **ad** **Tractatus** **deputavit** **Plenipotentiario** **suorum** **principem**: **intere** à **Trajectum** **moderabitur** **D. Calvo** **ex** **nuperis** **in** **Clivense** **solum** **factis** **excursionibus** **non** **ita** **recens** **redux**, **aut** **adventurus** **D. Montal** **Gubernator** **Regio-Carolinus**, **Baro** **de Amerongen** **Procerum** **Hollandicã** **Deputatus** **ad** **castra** **præteritã** **hebdomade** **Venlonam** **veniens** à **Principe** **Isenguien** **in** **visitatur**, & **lapsã** **Martis** **comitatus** **trecentis** **Neoburgicis** **Equitibus** **centumque** & **quingenta** **Hollandicis** **prædario** **receptoribus** **Ruramundam** **eam** **Principe** **veniebat**, ubi **luffatis** **duabus** **Hollandicis** **legionibus**, **curti**, **multis** **Officialium** **sociis**, **Civitatem** **undiquaque** **oculis** **arbitratus**, & à **Gubernatore** **opiparã** **mensã** **tuerat** **exceptus**, quibus ante stipatus sub vesperam redibat **Venlonam**: eadem vespera cum innotesceret, trecentos **sclopentarios** & **sexaginta** **Equites** **Mosã-Trajectenses** **ad** **Ruram** **duobus** **Ruramundã** **milliaribus** **conspici**, **Princeps** **Isenguien** **in** **eos** **destinabat** **numerofum** **equitum** **manipulum**, de cuius prorupione **Galli** **edocti**, mox in **fugam** **se** **effuderat**: eadem **Martis** **Venlonã** **Ruramundam** **pons**: **trahebatur**, **audiebaturque** **Baro**, **Generalem** **Majorem** **Eller** **cum** **duabus** **legionibus** **equestribus** **venisse** **Gelrjam**, **alterã** & **postridie** **ad** **diribitorium** **properaturis**: **ad** **item** **tendunt** **centuriz** **legionis** **Chilarchz** **Clooster** **Noviomago**, ubi **appulit** **Aulicus** **Dni** **Barcklay** **Oratoris** **Anglici** **morantis** **Parisiis**, **conducturus** **idoneum** **eidem** **hospitium**, **forfan** **Orphanorum** **ceteris** **aptus**, **agitem** **cum** **ejusdem** **Provisoris** **de** **conductione**. **Brabantia** **accepimus**, **aliquot** **turmas** **Camera** **centis** & **vicinarum** **Civitatum** **in** **Gallias** **excursisse** **ad** **pagos** **seu** **milliaribus** **vix** **abitos** **Parisiis**, **illineque** **retinisse** **ad** **suos** **beatos** **centum** & **pluribus** **obsidibus** **ob** **ferenda** **tributa**, & **ultrã** **mille** **bobus**, **ahistis** **peratim** **præcis**, **immo** & **triginta** **aut** **quadraginta** **pagos** **succenderunt**.